

45
PUBLICUS APPLAUSUS

KNY-18-
00841

QUO

CELSISSIMUM

Sac. Rom. Imperii Principem

DOMINUM, DOMINUM

EMERICUM

è Comitibus

ESTERHAZI,

Archi - Episcopum Strigoniensem, & Pri-
matem Regni &c. &c. (Tit.) quâ transactô Sacer-
dotii quinquagesimô Jubilæo Annô, Secundas
Primitias celebrantem

Bibliotheca Amplissimus Liberæ, *Gallensii* Regiæque Civitatis
POSONIENSIS SENATUS

PERORANTE

D. JOANNE KRISAN, dictæ

Civitatis Ordinario Notario,

Ad portam S. Michaëlis intimè venerabatur.

Die 27. Julii M. DCC. XXXVIII.

POSONII,

Typis Mariæ Magdalenæ Royerin, Viduæ.

KNY-18-00841





CELISSIME
S. R. I. PRINCEPS,
ARCHI-EPISCOPE,
ET
PRIMAS REGNI,
DOMINE DOMINE
BENIGNISSIME.

Lluxit Urbi huic rarâ felicitate
dies illa, quâ Celsitudinem
Vestram, transactô Sacerdotii
quingagesimô Jubilæo Annô, secundas
(2 Pri-

Primitias, exemp^o, quoad Prædecessores Primitiales Archi-Præfules Annalibus minùs notat^o celebrantem, adstans Senatus, & Communitas Civium public^o applausu, cum Ecclesiastico revereri meruit: Ecce (a) *Sacerdos Magnus!* qui in *vita sua suffulsi Domum, & in diebus suis corroboravit Templum:* Quam corroboracionem sensu morali Ecclesiæ, cui feliciter præest, salutare Gubernium prodit; sensu verò materiali, inter alias, quà fundatas, quà sumptuosè reparatas Sacras Ædes, Ecclesia: potissimùm hujas Parochialis Divo Martino dicata magnifici Decoris posteris quoque memorabile Monumentum exhibet. Magnus Sacerdos! quia inter reliquas, quibus omnibus in immensum supereminet, Principales Virtutes, præprimis Justus, & incomparabili temperamento simul Mansuetus, qui

tran-

(a) Ecclesiastici. cap. L.

(b) *tranquillâ, non violenta potestate, imperiosâ quiete, non sævâ authoritate, tam injustè pressis, & afflictis subvenire, quàm & à justo deviantes cohibere, & ad tramitem recti reducere consuevit: Qui denique in Justitia, & (c) Mansuetudine opera sua perficit, & super hominum gloriam diligitur. Magnus demùm Sacerdos! quia Munificus, & Misericors, qui cum severo Imperatore, (d) non tanta ob ea, quæ dedit voluptate, quantô ob ea, quæ danda restant dandi desiderio, quodvè nondum data sint propemodum dolore afficitur: Qui (e) declinat pauperi sine tristitia aurem suam, & animam esurientem non despicit: Qui (f) concludit Eleemosynam in sinu pauperis, talitèrque in diebus suis, non confidens, intentionem sæpè fallentibus posthumis effectibus, (g) ponit Thesaurum suum*

(b) Valer. Lib. 4. Cap. 1. (c) Ecclesiastici Cap. 3. (d) Anton. Guerara in Horologio Princ. Lib. III. Cap. XXX. (e) Ecclesiastici Cap. IV. (f) Ibidem Cap. XXXIX. (g) Ibid. Cap. eod.


suum in præceptis Altissimi : Et quia hæc, & innumera alia peregit, & peragit *in diebus suis* : Ideò obtinuit, & suffragio quòque communium precum adhuc ultra fatietatem obtinebit *longitudinem dierum* ; sed & post fera pientissima fata quòque (h) *in benedictione erit memoria Ejus*, & in posteritatis pergrata reminiscencia venerabunda (i) *Ossa illius pullulabunt*. Cæterùm, cùm spiritualis sponsa Ecclesia Celsitudinem Vestram, quàm Primitiantem (k) *dilectum sponsum in mysticum Hortum suum ad libandas Domino Mysterosi Fructûs Primitias* jam avidè festinare alliciat ; tantò autem, Regalis Sacerdotii Dignitate sublimi Principe sponsò alia condigna munera non suppetant, hocce commune gaudium, & congratulationem in tesseram contestati, cum profunda veneratione conjuncti intimi
filia-

(h) Ibid, Cap. XLV. (i) Ibid, C. XLVI. (k) Cantic. Cap. V.

filialis amoris, & devotionis, Paternâ
Benignitate acceptare, prælibatúmque
hunc Senatúm, & Communitatem Ci-
vium unâ mecum Altis Gratiis præpol-
lentéque Patrociniô Suô, prout semper
plusquam paternè solet, fovere, & pro-
tegere benignissimè dignetur.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.



Additional handwritten text, also appearing to be bleed-through from the reverse side. It is arranged in several lines across the lower half of the page.

